

Heinrich Askan Engelken Joachim Willebrand

Philosophus Defensus. h.e. Dissertatio, eorum, quae P. Gassendus Exercit. III & IV. contra Aristotelem Eiusq[ue] Scripta profert, nervum breviter excutiens

Rostochi[i]: Richelius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732464064>

Druck Freier  Zugang



RU. phil. 1698

I. N. J.
PHILOSOPHUS
DEFENSUS.

h. e.

DISSERTATIO,
eorum, quæ P. GASSENDUS Exercit. III & IV. con-
tra ARISTOTELEM EJUSQ; SCRIPTA profert, ner-
vum breviter excutiens;

Quam

Benevolè annuente Ampliff. Facult: Philos.,
in Illuftri Rostoch; Academiâ, publicæ disquisitioni,
PRÆSIDE

M. HENRICO ASCAN:

Engelke/ Rost: Meclenb:

proponit

RESPONDENS

JOACHIMUS Willebrand/

Lenzena-March:

IN AUDITORIO MAJORI

Ad diem 6. Maji Anno M DC XCIIX.



ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Sen. Typogr.

Fulgidissimo. Virorum. Pentadi,
VIRIS.

Magnificis. Præ-Nobilissimis. Summè. Revere-
rendis. Excellentissimis. Consultissimis. Amplissimis.

DN JOHANNI. KLEINIO.

J. U. D. ac. P. P. nec. non. Consist. Assessori, Magnifico.
h. t. Academiae. Rectori.

DN. JOHANNI. FECHTIO.

SS. Theol. D. ac. P. P. Consist. Adseff. & circuli.
Rost. Superatt.

DN. JOH. NIC. QVISTORPIO.

SS. Theol. D. ac. P. P. ad. D. Nicolai. Pastori. ac Minist.
Rostoch. Directori.

DN. ALB. WILLEBRANDO.

J. U. D. ac. P. P.

DN. JOHAN. BARNSTORFFIO.

J. U. D. ac. P. P.

Patribus. Conscriptis. de. ecclesiâ. J. Christi. ac. Republ.
literariâ. immortaliter. meritis.

Patronis. Evergetis. Præceptoribus. studio-
rumque. promotoribus. suis. filiali. honoris. pariter. ac.
amoris. cultu. devenerandis.

Oblatione. Dissertationis. hujus. qualiscunqve. eâ. quâ. par. est.
humilitate. factâ.

*Notôqve. felicitatis. perennantis. ardentissimô. gratâ. piæqve. mentis. aram.
erigere. voluit. debuit.*

*Perpetui. tantorum. virorum. favoris. atq;. patrocinii. non. absens.
minis. quam. præsens. cupidissimus.*

M. HENRICUS Asc, Engelse.

I. N. J.
PROOEMIUM.

Quis nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? optime quærit *Romana eloquentia Princeps, de Orat. L. II. p. m. 3391.* Et merito veritas, balis ac anima audit, tam *historia* in genere, quam ejus, quæ Clarorum Virorum vitas exponit. Hac enim ratione verus illius finis obtinetur, *historia* quippe *vita est magistra*, & exemplis aliorum, quid nobis faciendum fugiendumque sit, docet. Unde, qui optimam ad prudentiam viam ingredi cupit, cum præceptis Ethicis exemplorum notitiam conjungere debet; quia historiae non virtutes solum ac vitia omnium Seculorum adducunt, sed etiam præmiorum ac poenarum exempla; unde illud vulgare; *Felix quem faciunt aliena pericula cautum*: & sic probis non solum ad virtutes calcatur addi posse, sed & impedimentum vitis poni, patet. Porro *Historia* consilia sæpe in rebus arduis suppeditant. Jucundiora item ac faciliora redduntur legum præscripta, si additis experientiae testimoniis confirmantur. Vid. de *Historia laudibus* *J. M. Bruvius sing. Lib. ad Stephanum Poloniae Regem.* Immo providentia Divina in *Historia* quasi in speculo representatur, ubi ostenditur imperiorum varietas pariter ac populorum; nec non, quam inopinati eventus propostita humana sæpe manserint. Igitur historiæ monumenta facta ac testata esse relinquenda, veritati quæ studendum, ne tantis usibus defraudemur, quis negaret? Certè veterum historiae nobis relictae auro contra habenda veniunt, pariter ac alia scripta eorum, quæ unica sunt reliquæ post mortem nobis superstites ac merito colenda, quando alia ab ipsis condita temporis iniquitas consumit. Conf. Exc. D. D. Mölleri *Præf. Bœcleri Hist. IV. Sec.* Et eodem modo, quæ nostris Seculis aguntur, incorrupta, quantum licet, posteritati tradenda sunt. Quare magnus F. B. de Verulamio de *augm. Scient. L. II. p. 91.* historiam literariam ita inquit, tractari præcipimus, ut planè historicè res ipsa narrentur & p. 92. cum historiae fidei exempla majorum, vicissitudines rerum, fundamenta prudentia civilis, hominum denique nomen ac famam commissa, dixerat, inculcat post alios illos, qui affectuum imaginem rebus imprimant & addant, partium suarum memores, rerum parum fideles testes. Et exinde G. J. Vossius in *Art. Hist. Cap. X. p. 53.* dicit *Historici esse, nec in amicis vitia, nec in inimicis virtutes præterire*, laudans propterea *Annam Comnenam* ac *Sozomenum*, cum cap. IX. p. 43. s. securitatem damnasset, *Thucydide* ac *Polybio* adprobato; ac credulitatem; qui præterea etiam de reliquis omnibus huc pertinentibus conferri potest. D. G. Morhofii *Polyhist. p. 215. s. minima etiam non semper omittenda à vitæ scriptoribus* judicat. Quippe etiam errores cognoscere magnorum Virorum juvabit; tam ad imbecillitatem humanam considerandam, quam ad solatium aliquod capiendum, tum etiam ad *facilitatem conscientia admonitionem*: Conf. *Bœclerus Comm. ad Corn. p. m. 13.* quoniam & interdum ad genium Seculi cognoscendum. At verò quam multi non à laudatissima veritate recedunt, in magnis Viris recensendis vel nimiam laudi indulgentes; quod imprimis in Sectariis observatur, quando illi antistitis sui memoriam faciunt; vel nimiam reprehensionem, quando contrarii adfectus dominantur; cujus criminis *Herodotum* acculcat *Marcellinus* ac *Xenophontem* ap. *Vossium l. c. p. 47.* *Epicurum* ac *Zenonem* *Epic. Costa Cic. L. I. de Nat. DEORUM p. 4605.* *Zoilus* & *Aristarchus* *Homeri* *suggillatio-*

A

RC,

ne in proverbium abierunt ; cuiusmodi infamem gloriam *Lucianus* quoque ac *Momus* olim consecuti sunt, ut nostris temporibus *Scioppius*. Cum igitur veritatem esse amplectendam omnia argumenta svadeant ; nos, cum incideremus in *Gassendi Exerc. III & IVtam*, multaque reperiremus contra *Aristotelis* vitam & scripta acerbissimè prolata : ulteriore inquisitione opus esse vidimus. Anne scilicet, quod de *Callisthene* eloquitur *Alexander M.*, hic *malus animus indideris eloquentiam* ; vid. *Verul. l. c. p. 50.* & plurima relata nitantur *solemni illo* : *ajunt, fertur?* quam vanitatem in *Græculis* damnat *Voss. in art. Hist. cap. IX. p. 43.* Id quod sequentia ostendunt, quando utriusque ejus Exercitationi peculiaris Sectio ; DEO Duce, respondebit.

SECTIO PRIOR.

§. 1.

Cum pleraque ad titulum pertinentia, tam in *Exerc. Anti-Gassendi* : quàm in *diff.* cui titulus : *Censor censura dignus*, sint exposita ; de vocabulo *Philosophus* hic tantum notamus, quod compositum sit ex duobus Græcis nominibus $\Phi\iota\lambda\omega\varsigma$ & $\sigma\phi\omega\varsigma$; prout illud accepimus a *Pythagora*, *Sectæ Italicæ* auctore, qui teste *Diogene Laert.* (a) vetus nomen *Sophorum* in titulum *Philosophorum* mutavit, modestiæ causa, prout putat *Plato in Phædro*, quia *sapientis cognomen magnum solis*, DEO convenire videretur : vel certè ad captandam singularis modestiæ opinionem, cui dein auctoritatem suam superstrueret, iudice *A. Wesensfeld.* (b) Id certum est, *Philosophi* nomen maximè conveniens esse, quia reverè *humana cognitio propter tenuitatem non tam sapientia est*, quàm ad sapientiam quædam contentio, adducente eodem l. c. Hic loci vero nos, pro usitato loquendi modo, per vocem eam denotamus *Sectæ Peripateticæ* auctorem. Quando verò illum *defensum* exhibere promittimus, non intelligimus talem defensionem, quæ jure culpanda excusat, prout *Sectariis* familiare esse in *Proæm.* diximus ; quippe nimiam laudam sordere existimamus, & *errare humanum est* ; verum talem, quæ injustas contumelias à Viro laudando pariter ac laudato removet, quando *vitam* ejus pariter ac mentem exhibituri sumus.

(a) *in vita e-*
gus p. 214.

(b) *Phil. Sect.*
& Eleth. Diff.
l. p. 9, 10.

§. 2. Ne verò errandi ansam præbeat Homonymia, errorum fecundissima genitrix, primò, quot *Aristoteles* fuerint dispiciendum est, in primis, cum *Aristotelomastix Gassendus* incertitudinem *librorum Aristotelis* etiam ex eo deducere velit, (c) quod *tam multi Aristoteles* fuerint, quorum potuerint opera facile adscribi *uni Stagiritæ*, ut omnium, qui *Jovis* nomine venerunt, *uni Saturni filio*. Quare rem decidendam trademus *Diogeni Laertio*, *Gassendi* in ornando *Epicuro* antecessori. Recenset igitur ille *II. Aristoteles* ; (d) *Primum nostrum, Secundum,*
qui

(c) *Exerc. Pa-*
rad. p. 121.

(d) *De vitis*
& dogmatibus
Phil. L. 5. p. 122

qui Athenis Remp. administravit, ejus judiciales orationes feruntur haud vulgares. Tertium, qui de Iliade egit. Quartum Siculum Rhetorem, qui contra Isocratis Panegyricum scripsit. Quintum cognomento fabula, Æschinis Socratici familiarem. Sextum Cyrcneum, qui de Poetica scripsit. Septimum Padotribam, de quo est apud Aristoxenum in Platonis vita. Octavum Grammaticum ignobilem. Quorum ferè nullus tantæ est laudis, ut ei quidquam competat, quod primo Aristoteli tributum esse, suspicari posses. J. Jonsus (e) XXI. recensuit hujus nominis, & ipse (f) undecim adhuc addit, alibi omisso Conf. etiam Æ. Menag. (g). De solo Stagirita nobis sermo erit.

§. 3. Fuit igitur Aristoteles noster natione Græcus non Thrac, prout statuit Auctor vitæ Arist., (h) & Michaël Scriptor recentior allegatus Voss. (i) Quippe Stagira Arist. patria antiquissimis quidem temporibus Thraciæ fuit, & refert illam ad Thraciam Pausanias in Eliacis, sed nato Aristotele jam erat Macedonia pars. Quippe magnus Philippus Macedoniam non ad Strymonem, (ad quam jam pertingebat) sed ad Nessum extendit; & Stagira tamen adhuc intra Strymonem est. Alia etiam ratio dari potest; quia nempe pleræque coloniæ Græcorum, in Thraciæ littoribus sitæ, Græci accensebantur; teste Voss. ib. Stagirita autem Macedoniae partem esse in regione Amphaxiti sitam prope montem Athon ad Strymonicum sinum, eamque a Philippo I. eversam esse, sed in gratiam Aristotelis restitutam, scribit quoque P. Clüver (k) vid. etiam H. Schavii (l) Magna autem calumnia est, quam recensere, ad probando etiam, non dubitat P. Gassendus (m) quod patriam Macedonibus prodiderit Arist. Nam ejus rei nulla mentio fit vel apud ipsum Laert. in Arist. calumniis satis alias prolixum, vel apud probatos Scriptores. Id verum est, atque à Laert. refertur (n) Arist. rogasse, ut patria sua à Philippo eversa, restitueretur, idque impetravisse: cui etiam leges dedisse fertur. Et hujus rei meminit quoque Athenæus, (o) Ammonius vero (prout Communiter dicitur:) (p) & ex eo Guarinus Veronensis in vitâ Arist. suffixa Plut. (q) qui prætereà plurimorum beneficiorum meminit, quod nempe Aristoteles habuerit, licet absens, diligentissimam patriæ curam: immò quod cives ipsius gratissimâ mente hæc agnoverint, & tanto in honore eum habuerint, ut festos dies & ludos quotannis, etiam eò vivente, faciendos, illi publice dedicarent: festa ipsa celebritas Aristotelia nuncupata. Mirum autem est, hanc calumniam à Gassendo urgeri, cum eadem ratione & Epicuro malè fiat. Ipsa autem illa criminatio originem debet accusationi Democharis Rhetoris,

(e) de Hist. Perip. Diff. 7.
(f) de Script. Hist. Phil. p. 60.

(g) Obs. ad Laert. p. 117.
(h) ap. Menag. p. 118.
(i) Hist. Phil. p. 84.

(k) Introd. in Geogr. p. 371.

372.
(l) Scel. Geogr. p. 12.
(m) l. c. p. 116.

(n) l. c. p. 115.

(o) L. III. var. hist. c. 17.

(p) in vitâ Arist.

(q) Ed. in 8. Pt. 2. p. 852.

quâ omnes Philosophos furenter adgredebatur; defendens *Sophoclem*, *Amphiclide* filium, qui ad instantiam *Rhetorum* legem tulerat, ut omnes *Philosophi Athenis* pellerentur, contra *Philonem Arist.* necessarium, qui oratione contra *Sophodem* editâ, calumnias Philosophis imputatas absterfit, eoque rem redegit, ut non obstante responsoria *Democharis* oratione, *Philosophi* restituerentur; multâ *Sophocli* irrogatâ. Audiantur verba *Laertii* (r) ad breve tempus, inquit, cum ipse (*Theophrastus*) tum cæteri *Philosophi* urbe discesserunt, cum *Sophocles Amphiclidis filius* legem tulisset, ne *Philosophorum* quâquam scholâ præesset, nisi *Senatui* populoque visum esset: secus si quis fecisset, morte multaretur. Esse autem hanc calumniam de patriâ proditiione ab *Aristotele* factâ, à *Demochare* profecta, ipse *Eusebius* (s) his verbis testatur: Sed quid attinet hic *Democharis* contra *Philosophos* criminationes recensere? non enim *Aristotelem* solum, sed & alios quoque *Philosophos* malignè perstringit. Equidem si quis istas probè consideret calumnias, nefariè locutum hunc esse, dicet. At enim, epistolas se *Aristotelis* invenisse contra *Athenienses*, nec non *Stagiram patriam suam* cum *Macedonibus* prodidisse. Planè ergo *Eusebius* h. l. non patrocinator sententiæ, *Aristotelem* convitianti, sed eandem validissimè rejicit, dum illam ortum suum tanto calumniatori debere, indicat. Gassendo autem si integrum videtur, jacula ad virum bonum impugnantium, ex infamis sugillatoris pharetra desumere: quare tam succentlet iis, (t) qui fictitiis epistolis, quæ *Epicuro* supposita sunt, fidem adhibent in *Epicuri* detrimentum? In his autem epistolis hæc & plura ejus generis convitia in *Aristotelem* exhibentur, quæ ficta esse, & temporis repugnantia & *Philosophi* vita honestissima docet; judice *Jonsio*, (u) qui in peculiari historia *peripatetica* se id ostensurum promisit. Conf. id. (x)

(r) l. c. p. 123.

(s) *Præp. Eusebii* L. XV.

(t) *Lib. de vit. & mor. Epic.*

(u) *de Script. Hist. Phil.* p. 208.

(x) l. c. p. 94 f.

(y) *Obs. p. 20.*

(z) *cit. Laert.* p. 116.

(aa) *Tab. Chronol. p. 7.*

(bb) *Ration. temp. p. 154.*

S. 4. Parentem habuit *Aristoteles Nicomachum*, *Medicæ* arti ad dictum, quo *Rex Amyntas* coævus ejus, & medico & amico utebatur, matrem *Phestidem* vel *Phestiadem*, pro diversa *Codicum Laertii* lectione. *Vid. Menag.* (y) Hic *Nicomachus* autem filius erat *Nicomachi*, *Machaonis* nepos, qui patrem agnoscebat *Aesculapium*; in veteri versione fratris *Ambrosii*, à *Ben. Brugnolo* recognita, edita anno 1475, *Aesculapium* dictum. Natus autem est juxta *Apollodorum in Chronicis* (z) anno primo *XCIX Olymp.*; juxta *Schradherum* (aa) circiter annum mundi 3565.; ante Christum natum adhuc fuisse 348 determinat *Dion. Petavius*. (bb) Denatus autem juxta *Apoll.* l. c., cum vixisset annos *LXIII.*, anno tertio *CXIV. Olymp.*, quò annò *Demosthenes* quoque mortuus in *Calabria*, qui annus mundi

mundi circiter est. 3628. Obiit vero in *Chalcide*, morbo juxta *Apoll.* ib. relationem; non *cicuta* haustu, ut quidem *Eumelus* refert (cc) *in V. Hist. ap. Laert. p. 115.* etiam arripit *Gassendus* l. c.; sed non observat, hunc *Eumelum* duplicis erroris ab ipso *Laertio* incusari: quod sc. *Arist.* 70 vitæ annos tribuit, & eum annum jam 30 natum ad *Platonem* deductum esse, adfirmat: atq; propterea nullo modo majore fide dignum esse, quam *Apoll.* paulò ante laudatum. Imo vero maximè improbable est, *Aristotelem*, cum metu condemnationis ad mortem aufugerat in *Chalcidem*, ubi jam securus erat, veneno morem adcelerasse. *Quid enim opus fuit solum vertere & Athenis fugere, si voluntariè erat obiturus? Annon, ut in Euboea, sic Athenis potare aconytum, & vitam finire licebat? Arguit præterea testamenti series in Euboea conditi --- aliena --- Sic enim incipit: erunt omnia rectè, si tamen quid contingat &c.*; hæud abs re dicit *Guarinus.* (dd) *Ipsum* (dd) *l. c. p. 54.* hoc testamentum eodem modo inchoatum exhibet *Laert.* l. c. Istam autem in *Chalcide* commemorationem quod attinet, *relegatus est in Chalcidem ob impietatem*, inquit *Gassendus.* At vero, si à relegatione *Athenis* facta ad impietatem valeret consequentia; an impietatis etiam omnes *Philosophos, Athenis*, ut diximus §. 3, pulsos, accusabit *Gassendus*? Anne sæpe adversa fortuna pressit *Philosophos*? sanè exilium perpessi sunt in regione *Antiochi & Lyfimachi*, teste *Athen.* Bis pulsi sunt à *Domit.* teste *Svet.*; prout adductum in *Exerc. Anti-Gass.* (ee) Anne ipse *S. Joannes* (ee) *Seçt. pr. §. 5.* relegatus fuit in *Patbnum*? *Laert.* certè à *Gass.* citatus, non refert, quod ob impietatem relegatus sit *Arist.*: sed adserit tantum, aufugisse eum, cum ei *Eurymedon* Sacerdos, s. *Demophilus impietatis judicium eo nomine intendissent, quod hymnum in Hermeam fecisset.* Anne vero statim liquet, impium eum fuisse, quia impietatis est accusatus? Ut verò tota res pateat, & evincatur, fugam *Arist.* non prodere animum ipsius convictum, tenendum; illum non statim mentem ad fugam adplicasse, sed potius cit. *Laertio Phavorinus ipsum orationem judicalem --- pro se scripisse* testatur p. 116.; cujus meminit quoque *Athenæus*, qui eam *apologiam* vocat, cit. illam *Aldobr.* (ff). At verò postea, veritus Judicium imperitiam, & quam (ff) *Annot. ad Laert. p. 105.* proni essent *Athenienses* fidem malignis accusatoribus adhibere, considerans; maluit locum deserere, quam cum instanti vitæ periculo remanere. Vestigia terrebant tum *Anaxagora*, cui denunciabatur mortis supplicium, & vix à quodam ejus discipulorum impediabatur, vid. *D. Laert.* (gg) (gg) *Ex Hermitippo p. 66.* tum *Socratis* piissimi, qui non accusatus solum injustè erat impietatis, sed & damnatus; urgente id pro plebe *Anyto*, pro Rhetoribus *Lycone*, pro

- (hh) *Laesteb.* Poetis *Melico* (hh). Non malè ea de re *Origenes* (ii) is (de *Arist.* loquitur) cum intellexisset parari sibi iudicium ut impio propter quædam dogmata ipsius, suspecta impietatis Atheniensibus, discedens Athenis apud *Chalcidem* scholam habuit; sic rationem reddens discipulis: *Discedamus Athenis, ne prabeamus Atheniensibus secundam occasionem sceleris, quale prius perpetraverunt in Socratem.* Idem *Origenes* (kk) cum ad criminationes Judæorum, objicientium, quod *Christus* huc & illuc aufugisset, responderet, simul fugam *Arist.* allegavit, ut fugam Servatoris nostri licitam esse, gentilium exemplis doceret. Neque vero absque causa metuit *Aristot.* quippe *Athenæus* *Evrymedontem* refert *Demophilum* in caput *Arist.* subornasse; quem magna inter suos cives fuisse auctoritate, (ll) *Obf. p. 112.* colligit *Casaub.* Vid. *Menag.* (ll).
- S. 5. In illam igitur ætatem cum incideret vita *Arist.*, non *Judæus*, non *Christianus* fuit: sed professionis *Ethnicæ*, ut loquitur *Gass.* l. c. Falso enim *Ficinus* & *Genebrardus* *Arist.* *Judæum* fuisse statuerunt, seducti *Latinâ* versione *Josephi*, malè per commata distinctâ, quæ, pro verbis ita distinctis: Atq; ille, inquit *Aristot.*, *Judæus* erat, hanc pravam distinctionem adhibuit: Atq; ille, inquit, *Arist.* *Judæus* erat: refer. *Jonso* (mm). Nullò modò verò mirum est, *Arist.* *Christianum* non fuisse: cum tot *Se-culis* ante *Christum* natum vixerit, ut id adducere supervacaneum judicemus. Et quidem meritò incusandus est *Arist.*, quod tantis ingenii viribus præditus, principiis insitis & notitia *DEI* naturali non ad ulterius inquirendum de *DEO* sit usus, qui tamen ipsorum finis est per se intentus à
- (nn) *Theol. Prof. p. 23.* *Creatore*, prout loquitur *noster König.* (nn) Cognosci siquidem *DEUS* potest ex lumine naturæ; & facultas hominis intellectiva rationem mediæ ad *DEUM* cognoscendum habet, tam sola, per principia innata, quæ dicitur *notitia insita*, & homini per nativitatem, ad modum habitus, inest, contra *Flacium*, quosdam *Aristotelicos*, *Cartesianos*, *Pontificios*, citatos à *Strauch*; (oo) quam cum creaturarum contemplatione conjuncta, quæ dicitur *notitia acquisita*. Et hæc naturalis cognitio, quamvis ad salutem imperfecta, vera tamen est, & ex *DEI* intentione quædam quasi *πνευματική*; inducens hominem ad inquirendum de coetu, in quo verus *DEUS* colitur, quippe cujus existentiam, quædam attributa, & quod cultum Creatori debeamus, ipsa ostendit; teste tam s. *Scriptura* (pp), quod tamen *Theologis* hac vice relinquimus; conf. interim *König.* & *Strauch.* l. l. c. c. & alii *Orthodoxi* ad h. l.; quam experientia: quandoquidem elegantissimus *Cic.* tract. de nat. *DEORUM* ostendit, cultum summo *Nu-mini*

mini adscripsisse, ejusque existentiam probasse; *Epicureos* in persona *Vel-*
leji ex anticipatione, ut vocant, *s. naturali & innata cognitione* omni ho-
 mini absque discursu inexistente (qq): *Stoicos* vero in persona *Balbi*, ex
 elegantiam mundi totius opificio ac creaturis omnibus. (rr) Conf. *Ex. Anti-*
Gass. (ss). Sequi igitur hunc ductum debuisset *Arist.*; quia, si datur *DE-*
US, isque colendus est, eum non ad nostrum, ut fervorum nutum coli
 posse, quilibet sanus colliget. Sed ille, dum ductum hunc neglexit, ra-
 tionem pro se reddere cogetur. Et absurdissimi sunt *Scholastici Colon-*
qui conscribere librum; *De salute Arist.* teste *Agrippa*; quod & alia huc
 pertinentia, vide sis in *Diff. Cens. cens. dignus* (tt). Interim *Gass.* non ob-
 tinet, quod intendit; dum, probaturus, *Arist.* esse rejiciendum, *experiam-*
mur, inquit, *quis in religione Arist.* fuerit --- *professionis Ethnicæ*. Id qui-
 dem notissimum est, & non satis tamen ponderatur. Certè ille tantò mi-
 nus docere veritatem potuit, quantò à veri Numinis, quæ prima est ve-
 ritas, cognitione magis absuit. Ast si is, qui non est veræ religioni ad-
 dictus, docere non potest veritatem; quomodo hoc ita rursus excidere
Gassendo potuit, ubi de *Philosophia Epicuri* differens, (uu) exclamavit:
non minus tentandum, annon herbescens semita potius, quam lata trita-
que via ad veritatem, mortalibus tantopere inviam, deducat? Sperat
 igitur, se veritatem ex *Epicuri Philosophia* consecuturum. Si dicat *Gass.*
 se de veritate Philosophica tantum loqui, sibi ipsi respondit: quippe & in
Arist. nemo sanus, nisi veritatem in Philosophicis quæret. Absurdi quip-
 pe sunt *Scholastici*, qui, cum in Sacris verbo Divino niti deberent, *Papam*
 & *Arist.* valere hinc sunt passi. conf. *J. Thomafius* (xx) Hoc vero nondum
 contentus *Gassendus* porro urget; *Dæmonis instinctu* adductum fuisse ad
 philosophandum *Arist.*, *Philoponus* est, qui scribit, illum philosophari cœ-
 pisse jussu *Pythiæ*. Sed vero, hoc ipsum quod *Gassendus* proponit, non
 ita novum ac horrendum videtur nobis, ut ipse putat. *Græcos* enim, cœ-
 cos *Ethnicos*, in rebus suis agendis oraculum *Delphicum* inpr. consuluisse,
 vel ex solitis *Corn. Nep.* lectione constat. Sic in *Miltiade* cap. I.; cum
Chersonesum colonos vellent mittere *Athenienses*: *delecti Delphos delibe-*
ratum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uteren-
tur? His consulentibus nominatim *Pythia* præcepit, ut *Miltiadem* sibi
Imperatorem sumerent; ad quæ tamen verba *Jan. Rutgers.* (yy) notat,
Pythiam non nominatim, sed tantum per ambages, ut solet, designasse
 Ducem. *Pythia* autem erat *Sacerdos Apollinis*, primis temporibus virgo,
 posterioribus vetula. Vid. eò pertinentia in *Diod. Siculo* (zz). Item in
 Themi-

(qq) p. 70.

4678.

(rr) l. c. p. 7.

4707.

(ss) Sect. 2. §

(tt) Sect. 1.

§. 8.

(uu) Pref. Tr.

de vita &

mor. Epic. T.

s. p. 170. f.

(xx) Pref. p.

544.

(yy) L. I. var.

lect. c. 9. in

Not. Bæcl. p.

76.

(zz) Bibl. Hist.

L. 16. p. 70.

705. f.

Themistocle, Athenienses propter Xerxis adventum miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis, deliberantibus Pythia respondit, ut manibus ligneis se munirent. Id cum nemo intelligeret, Themistocles persuasit, per muros ligneos intelligi naves. Patet autem hic Diaboli fraus; qui auctoritatem suam dubiis responsis confirmabat; quippe quomocumque res caderet, oraculum id prædixisse existimabatur. Fue-

(1) *Hist. L. IV. c. 7.*

(2) *Præp. Ev. L. V. c. 10 p. 67.*

(3) *L. IV. c. 2. p. 45.*

(4) *Demonstr. Evang. p. 638, f.*

re autem præcipua oracula: Illud Jovis Ammonis, ad quod Alexander profectus scribitur à Curtio (1), Jovis Dodonæi, & Apollinis modo adductum. Quomodo vero elusi sint homines; ex Ethnicis ipsis adducit Eusebius, (2) & exinde sagaciores gentilium; Peripareticos, Cynicos, Epicureos oracula tanquam inania contempsisse; idem (3) refert. Demosthenes

Pythiam dixit Φιλιστιεύς; Deosque falli posse concedit Porphyrius. Conf. P. D. Huetii (4) Christo vero veniente sensim defecere oracula, Unde ipse Plutarchus tractatum ea de re conscripsit, hodiè adhuc reliquum. Verum ad Arist.: An exinde jam, quod Pithia ipsi forsitan pro-

more, i. e. ambigüe svaserit, ut Philosophiæ se dederet; elici potest, ipsum Dæmonis instinctu adactum fuisse ad philosophandum, Dæmonique ipsius Philosophiam tribuendam? Sic sanè omnia, de quibus Dæmon esset locutus, quando interrogatus est, ipsius instinctu facta essent; quod absurdum.

Ulterius autem pergit Gass. Quid quod insignis præterea idololatra extitit Arist.? Quod si de idololatria ratione modi intelligeretur, i. e. quando non adoratur DEUS trinunus; utiq; concederemus. Sed sic neq; ullus Philosophorum Ethnicorum reperietur nisi idololatra; at cum de idololatriâ ratione Objecti sermo sit, non videmus, quomodo, hypothesebus Arist. insistendo, ille ejus accusari possit? Ipse quippe Gassendus in paulo post sequentibus fatetur, Arist. fecisse DEUM animal, (de qua sententia postea) & sic unus DEUS nominatur, non plures. Quod de Epicuro suo ipse dicere non poterit. Neq; sequitur: Arist. Jovi Salutari Junoniq; Sospitæ nuncupavit vota, E. plures coluit DEOS. Nam unum DEUM sub pluribus nominibus saniores Philosophorum denotari dixerunt; quorum Theologia naturalis s. physica adpellatur; quamvis vulgus plurimos dari DEOS statueret; cujus Theologia civilis vel politica vocatur, & Poetarum de DI-

(5) *Coll. Theol. Anti-Theol. MSCo. C. I. § 3.*

(6) *Qui est inter scripta Arist. T. 2. c. 7. p. m. 1222.*

IS fabulas, quibus Theologia Mythica s. fabularis nomen tribuitur, propriè & secundum literam intelligeret. Conf. de dist. Theol. Gent. August. allegatus Magnif. Dn. D. Fecht Patrono atq; Præceptori nostro ad cineres usq; colendo: (5) De Philosophorum vero sententia, librum de mundo; (6) ubi incipitur ipsum cap. his verbis; Unus DEUS cum sit, pluribus nomi-

bus

bus

bus

bus adpellatus est; ab iis utiq; suis omnibus adfectibus denominatus, quorum specimen edere solet; ubi sub fin. cap. sententia Platonis recensetur. Quando vero tandem addit Gass.: Annon scriptum reliquit Laert., illum (Arist.) sua concubina ita immolasse, ut Athenienses solebant Eleusinae Cereri; sciendum, quod hæc calumnia originem debeat vel fictitiis epistolis Epicuro adscriptis; Vid. Athen., (7) qui testatur non nisi solum Epicurum ea tradidisse, non coætaneos Arist. adversarios: cum ipse tamen Gass. harum epistolarum fictionem improbet: vel figmento Lyconis, prout adducit Aristocles, citatus Casaub. (8) Ut autem eadem fideiã plures de albemus parietes; ejusdem valoris est calumnia, quando apud Laert. ib. Arist. dicitur profectus ad Hermeam Eunuchum; ἐν εἰ μὲν φασὶ παρὰ τὴν γυναικά, αὐτῆ; ; quod l. c. redditur, quam nonnulli ajunt ab eo amatum; qualem perversum amorem ap. Græcos in usu fuisse refert Corn. (9). De Aristot. enim quanti hæc relatio æstimanda sit, ipsum adpositum verbum ostendit, quando Laert. inquit: ajunt, more Græcorum, vid. pref. nota; Quæ ipsa vocula magnum patrocinium præbuit antiquato errori de Evangelio Matthæi authenticè Hebraico idiomate scriptò; quippe quã seducti sunt Viri eruditissimi, etiam ex recentioribus; inter Calvinianos A. Hyperius (10) C. Gesnerus (11) S. Münsterus (12) Casaubonus (13) Cave (14). Ex Lutheranis Calixtus (15) Hornejus (16) Pelargus (17) Barthius (18) Böclerus (19). Quod probarunt, B. M. Flacius (20) B. Scherzerus (21); Et hodiernus Theologi passim. Quia ratione autem citati per verbum: ajunt, seducti sint, testatur Erasmi.; (22) ubi not. ait sibi verisimile videri, Hebraicè Matthæum scripsisse, ex antiquorum testimoniis, quia nemo testatur, se vidisse ullum illius Hebraici voluminis vestigium. Præterea Aristotelem Hermee pæana scripsisse ap. Laert. refertur; quod est carminis genus, inpr. Apollini dicatum; cui alii addunt, quod præter maximam adulationem erga Hermeam, Arist. tempus illud otio triverit. Ast verò talia adduxisse futilia, est refutasse; quando tantùm consideratur, nullò modò tam vitiosum otiosumqve hominem, qualis hic Arist. fingitur, ex rumore famag, communi magno Philippo potuisse commendari, quod tamen adducit Gassendus, (23) ut filio suo ipsum præficeret præ cæteris omnibus. Quod advertit etiam Gvarinus, l. c. quando, illuc adduci non possum, inquit, ut existimem hominem minus integra fama, in eò ipso tempore à præstantissimo Rege aut tantopere adpetitum evocatumq; aut unicum tantæ spei filium huic potissimum creditum, putat verò, Arist. ad Hermeam profectum propter necessitudinem cum illo intercedentem, cu-

- (7) L. VIII. c. 13. ap. Fons. p. 108.
- (8) Not. ad. Laert. p. 91.
- (9) In Pref. & Alcib. c. 2.
- (10) De Stud. Theol. L. II.
- (11) Biblioth. p. 490.
- (12) In Ev. Hebr. pref.
- (13) Ex. ad Baron. XV.
- (14) Hist. lit. p. 6.
- (15) Conc. Ev. p. 1. f.
- (16) Hist. Eccl. p. 22. f.
- (17) in Matth.
- (18) Adv. L. V. p. 236.
- (19) Hist. u. niv. Sec. I. Eccl. §. 3.
- (20) Prefat. comm. in N. T.
- (21) Anti-Bell. p. 101.
- (22) Parapr. in Matth. cap. II. X.
- (23) L. c. p. 118. B.

B

jus

(24) l. c. p. 41. jus rei etiam mentionem injicit *Laertius*. Respondit verò ejusmodi criminationibus jam olim *Apellico Tejus* ap. *Aristoclem*; adduc. *Casaub.* (24) Et utique, dicente *Aristocle*, non vituperantes tantum *Aristotelem*, quippe qui eum non hominem, sed foedam quondam vitiorum sentinam efficiunt, sed etiam defendentes, audiendi sunt, quippe adversantes communiter sunt σοφισταὶ, καὶ ἑριστικοὶ καὶ ῥητορῆς.

S. 6. Sequntur jam in *Gassendo* hypotheses aliae S. Theologiae contrariae. Primò adducitur *Lactantius*, scribens: *Arist.* DEUM nec coluit nec curavit. Non producemus hic quidem contra *Lactantium*, ipsum veræ religionis quoque non admodum peritum fuisse, sed *Photinianum* aut verius *Photinianis* præudentem, imò, qui, dicente *Chytraeo*, doctrinam de fide parum intellexit, adde judicium *B. Chemnitii* & *B. Olearii*, quos adduxit paulo ante laudatus *Dn. D. Fechtius* (25); sed tantum ad ipsam *Arist.* inspectionem provocamus, ubi eum non esse Atheum constat. Id verò, quod de *Epicuro* putat *Ryffelius*, (26) ejus Philosophiam *Patribus* exosam fuisse; quia illi fuerint *Stoicæ* aut *Platonice* Sectæ addicti; hic maximè verum est. Si enim ad Christianismum respicias, *Stoicismus* & *Platonismus* varios quoque errores fovent. Quamvis negandum non sit, quod in iis, quæ ad DEUM pertinent; a *Platone* vincatur

(25) *Coll. recentiss. contr. c. IV. S. 16.*
(26) *Cont. Voss. p. 159.*
Aristoteles, jud. *Voss.*, (27) cujus causam reddit *Simplicius* ibi adductus, quod *Arist.* nihil admitteret, nisi ratione fultum, *Plato* etiam quæ traditione essent subnixa. Hoc misso *Gassendus*, *Aristotelem*, inquit, fecisse DEUM animal in suis *Metaphysicis*. Verba *Aristotelis* sunt: τὸν θεὸν εἰ-

(27) *de Sect. Phil. p. 87.*
(28) *Met. L. XI. c. 7. p. m. 1397.*
να ζῶον ἀίδιον ἄρξινον, (28) quod l. c. rectè vertitur: DEUM sempiternum optimumq; VIVENS esse. Homonymum enim ita est interpretandum, ut adjuncta patiuntur; sensum autem *Arist.* seqq. produunt. Progreditur *Gassendus*, *Aristotelem* adligasse DEUM superficiei extremae supremi cæli mobilis: fatigq; etiam legibus & necessitati fecisse adstrictum. Ut verò taceamus; librum de mundo; quem inter alia citat *Gass.*, a multis *Arist.* non tribui; vid. *Voss.*, (29) ipse *Aristot.* DEO non competere quantitatem, docet in ipso *L. IX. Phys.* à *Gass.* citato (30) his verbis: impossibile est, primum movens & immobile habere aliquam magnitudinem. Non potest igitur dici, *Aristotelem* certæ superficiei DEUM adligasse. Præ-

(29) *l. c. p. 90.*
(30) *p. 196.*
terea hic sanior longè mens illi fuit, quam multis *Philosophis* a *Vellejo* (31) (modo reverà eorum hæc sententia fuit) *Anaximandri*, cujus opinio est, nativos esse DEOS, longis intervallis orientes occidentesque: *Anaximennis*, aëra DEUM esse stautentis; *Crotoniatii*, qui soli & lunæ animoque

(31) *ap. Cic. L. I. de N. D. p. m. 4672. f.*
Divi-

Divinitatem dederit, &c. Quod necessitate quodam DEUM agere dixerit *Arist.*, notum est, distingvi posse inter absolutam necessitatem, & hypotheticam vi decreti semel statuti. *Drejerus*, (32) *Arist.* ---- non de DEO, inquit, in se absolutè considerato ---- sed ut motore loquitur, in respectu ad corpus mobile, quod necessariò secundum naturam movetur ---- nequaquam hoc pugnat cum fide nostrâ: etenim positò, quod a corpore cœlesti naturaliter desideretur ut motor, secundum cursum naturæ necessariò movet, sed non ex necessitate naturæ, quia nihilominus ipsi ut intellectui hæc actio extrinseca est, non essentialis. Vid. etiam *E. Sonerus*. (33) Quoad fatum, aliud est intolerabile, quod foverunt *Stoici* Vid. *Lips.* (34) & *Cl. Dn. M. Weidnerus* amicus noster amantiss., aliud tolerabile ac planè Christianum. Conf. *Dn. D. Fechtius*. (36) Infectatur ulterius *Arist. Gass.* adserendo, illum negasse, DEO rerum despectarum parvarumq; notitiam. Hæc autem de re magna est controversia. Nonnulli *Aristotelicorum* concedunt, *Arist.* providentiam removisse ab infralunaribus: Alii DEUM non quidem individua curare, sed tamen rerum species, sentire dicunt *Arist.*: Vid. *J. G. Vossius*, (37) it. *Dn. D. Fechtius*. (38) *Sonerus* (39) dist. inter Providentiam generalem, quam apertè ex *Arist.* liquere dicit, & specialem, de qua obscurum sit, quid senserit? Si tamen liber de Mundo sit ipse, non posse magis pie de ea sentire. Librum autem de mundo esse *Arist.*, exiltimat *P. Slevogt*. (40) Quidquid sit, *Arist.* se hæc thesi gloriæ Divinæ consulere putavit. Continuat telam *Gass.* proferendo, *Arist.* fecisse mundum æternum atq; increatum. Hic primò notamus, *Arist.* rectè recedere à sententia eorum, qui mundum esse magnum aliquod animal, (ut de *Thalete* adfirmat *Sonerus*, (41) & de plurimis veteribus *Physicis*) statuerunt: quemadmodum & *Stoici* DEUM putarunt esse Spiritum mundo immistum, eumq; animantem & gubernantem, ap. *Voss.* (42) Porro *Arist.* rectè, mundum tantum dari unum, defendit, quod negarunt *Epicuræi*. Ipsam de mundi æternitate sententiam nonnulli *Aristotelicorum* sic explicant, quod ille dixerit, mundum esse æternum duntaxat ratione finis non autem initii, teste *Balt. Meisnero* (43). Nonnulli vero ita, ut dicant; cum non actualem mundi æternitatem adseruisse, sed potentialem tantum, teste *B. Strauchio* (44). *Drejerus* vero concedit, *Arist.* mundi æternitatem adserere, prout &, quod tempus ac motus perpetuus sit, ejus probationes adducit (45). Sic paulo post ait: Cum demonstrat Philosophus mundum æternum esse, nihil aliud demonstrat, quam eum cœpisse, per principia Philosophiæ, nullò modo

(32) *Phil. Pr.*
p. 307.

(33) *Com. ad*
Libr. Met. p.
629.

(34) in *Phys.*
Stoic.

(35) *eleg. Diff.*
de Fato non
fatuo.

(36) *Coll. Theol.*
Anti-Theol. L.
de Prov. §.
31. f.

(37) *Theol.*
Genl. L. II.
c. 45.

(38) *Coll. Theol.*
curat. c. V.
§. 10.

(39) *Coñent.*
p. 707.

(40) *Diffp.*
Acad. p. 221.

(41) *l. c. p. 120.*

(42) *Phil. Sect.*
p. 103.

(43) *Phil. Sobr.*
p. I S. III,
c. 3. p. m. 406.

(44) *Brev. p.*
97.

(45) *Phil.*
prim. p. 284.

- dō posse ostendi: *hac ratione*, pergit, *ipsius demonstratio firma est*. At vero, quomodo argumenta *Aristotelis* pro mundi aeternitate demonstrativa esse, pateret? In utramque partem ex lumine naturæ quæ adferuntur, non nisi probabilia esse, probat. *Meiss.* contra *Calvinianos* disputans, (46) *Conf. B. Kromayerus* (47). Philosophorum, mundi creationem adferentium consensum ex *Eugubino* adducit *Slevogt* (48). *Arist.* hic cum reliquis tribus celeberrimis Sectis, *Platonica*, *Stoica*, *Epicurea* DEO materiam primam fecisse coævam, ex *Gassendo* adfert & adprobat (49) *Diss. II. de Phil. Stoic.* *J. Thomaeus* (49). Interim DEUM primum motorem esse, statuit. Instat *Gass.* *Missum facio*, quod in *physicis* doceat, nihil posse fieri ex nihilo. Sed ista regula in *physicis*, & si loquatur de viribus naturæ, bene procedit. (50) *Metaph. p. 42. f.* Vid. *Weis.* (50). Adjungit *Gass.*, quod possibilem mortuorum resurrectionem neget *Arist.* At verò, si *Artis. de resurrectione* pertinet ad fidei mysteria solâ revelatione nota iudice, *B. Gerharo* (51) cumq; non solum extra Ecclesiam, sed & in externo Ecclesiæ consortio fuerint, qui illum negarent, citati ib.; quemadmodum adhuc hodiè Sociniani negant, nos iisdem corporibus esse resurrecturos; hic equidem faciliùs excusatur *Arist.* Ultimum tandem telum adfert *Gass.* his verbis: *Non memoro, quod inficietur animi humani immortalitatem*. Sed vero luculentum est testimonium pro contraria *Arist.* sententia, (52) quando, *Hoc solum*, ait, *immortale est & perpetuum*; ubi de anima loquitur. Meretur hic laudem *Arist.* quod animam non existimavit esse corpus, prout multi *Philosophorum*, quos citat. *Gass.* (53) item, quod eam immortalem esse defenderit, non vinci se hac in parte passus à Philosophis barbaris. Vid. *Exerc. Antic.* *Gass.* (54). Quo in passu plurimi, etiam præter Gentiles contradicunt, ut *Sadducai*, *Job. XXII. Papa, Catabaptista Cracovienses*, *Peyerius* aliiq; prout indicat *Strauch.* (55). Multos *Atheorum* exhibet *Morb. in cap. de libr. damnatis.* (56) Ut autem *Arist.* tribueretur sententia de animæ mortalitate, effecit inpr. *Alexander Aphrodisæus* celeberrimus *Aristotelicus*, qui ejus sententiæ fuit; contra quem & similes *Arist.* sententiam defenderunt *pecc. Trr. F. Licetus & Ath. Rbetor.* It. *Eugubinus & Conimbr.* ap. *Gerb.* (57). Interim *J. Thomaeus* (58) concedit, *Arist.* duas homini animas tribuere, *mortalem & immortalem*, quarum hæc omnium hominum nonnisi *unica numero* sit. Quæ verò in re ei contradicunt *Scholastici*, ipso fatente; qui unam tantum animam omnibus potentiùs instructam, cuilibet hominis individuo tribuere *Arist.* adfirmant; quibus favere videtur *Cap. III. Lib. II. de anima.* (59) *Gass.* certè duplicem animam defendit.
- (46) *l. c. 405. f.*
(47) *Theol. Pos. Pol. p. 265*
(48) *l. c. p. 411.*
(49) *Diss. II. de Phil. Stoic.*
(50) *Metaph. p. 42. f.*
(51) *Tom. II. X. p. m. 1074.*
(52) *De anima L. III. c. 5. p. 1418. f.*
(53) *Not. ad L. X. Laert.*
(54) *Seç. II. §. 8.*
(55) *l. c. p. 597.*
(56) *Polybist. p. 70.*
(57) *l. c. p. 282.*
(58) *Pref. p. 268.*
(59) *p. m. 1390. f.*

fendit. Vid. Ex *Anti-Gass.* (60) Zabarella triplicem. (61) cujus sententia falsitatem detegit *Th. Sagittarius*, quamvis non ita duriter procedat, ut *Scaliger*; utitur autem eodem *Arist.* cap. pro sua sententia (62). Quidquid interim de his omnibus sit, etiamsi in his eo modo, ut vult *Gass.*, errorem commisisset *Arist.*, non obstantibus tamen hisce erroribus, inter Philosophos *Princeps Epicuro* longè anteponendus, audire posset. Sanè enim *Epicurus* longè graviores, in neganda DEI unitate creatione ac providentia, & aliis hypothesibus, errores fovet, quicquid etiàm dicat *Gassendus*.

S. 6. Vitam reliquam ac mores *Arist.* cæteros quod attinet, bona fortunæ ipsi abundanter ex paterna hæreditate relicta erant. Vid. *Gvar.* (63) quæ vero admirabiliter maximorum pariter ac munificentissimorum Regum *Philippi & Alexandri*, donatione aucta sunt, ut si de ipso intelligatur, falsissimum sit illud: *Dat Galenus opes, dat Justinianus honores, Pauper Arist. ibi semper pedes. Utebatur Arist. veste pretiosâ annulisq. tondebaturq., teste Laert.*, planè sic alienus à more *Cynicorum*, *Diogenis* sociorum, quorum vivendi morem imitatum esse *Lignanum*, ex *Pancirolo*, & *Turnebum* ex *M. Montano*, refert *Ryffel.* (64). Et sic ipse *Arist.* non dedit causam *Philosophos Pedantarum ordini* adscribendi, quo nomine illi vel ex hoc capite à quibusdam traducuntur. Præceptorem *Arist.* habuit *Platonem* ab anno æt. 17, ut vult *Laert.* (65). *Ammonius* quidem (66) ad stipulante *Dreiero* (67) eum tribus adhuc annis *Socratem* audivisse, contendit; at *Apolodorus* (68) & *Voss.* (69) *ἀνιστοροσίων* sic committi, probant; quia 15. anni intersint inter obitum *Socratis* & nativitatem *Arist.* A Præceptore igitur hocce defecisse *Arist.*, eò adhuc vivò dicit *Laert.*, quamobrem eum ingrætitudinis vitio laborasse *Gass.* proclamat. Hic jam *Ammon.* (70) ait, id esse non potuisse, quia auctoritate plurimum ap. *Arbenienses* valuerint *Chabrias* ac *Timotheus*. *Platonis cognati*. Sed quid tum? jure hoc potest intelligi de veritatis Studio, ut advertit ipse *Gass.* *Plato* sanè veritatem omnibus esse anteponendam statuit, & a *Socrate* suo dissenfit in multis. Uxores *Arist.* fuerunt duæ, *Herpylis*, ex qua fidium suscepit *Nicomachum*, & *Phyrbais*, *Hermæ* sanguine conjuncta, ut est ap. *Laert.*; Quam bigamiam successivam fuisse tradit *Gvar.* l.c. Nominat quoq; illas duas auctor vitæ *Arist.* ap. *Menag.* (71) Fuit autem *Arist.* diligentissimus, ut ipse *Plato* domum ejus domum *Anagnostæ* vocaret. In *Lyceo* eum philosophari cœpisse, cum rediisset ex legatione ad *Philippum*, & *Xenocrates* Scholæ in *Academia* princeps præ-

- fectus esset, ex *Hermippo* refert *Laert.*; hoc effato usum: *Turpe tacere, Xenocratem autem sinere dicere.* Quod contra *Isocratem* tamen eum protulisse, scribunt *Cicero* & *Quintilianus*, citati *Menag.* (72) & ne ob stare putetur provector aetas *Isocr.*, quod putat *Aldobr.* (73), consideretur modo, *Rhetorem* eum fuisse, quibus cum *Philosophis* perpetua intercessit similtas. Certè *Xenocrates Speusippo* demum successit, qui in *A.* cad. 8. annis docuit, refer. *Voss.* (74). Silent vero ea de re planè *Ammonius*, ut & *Apoliodorus*, apud *Hermeam* eum triennium mansisse, adserentes, postea verò in *Macedoniani* abiisse, ut *Alexandro M.* præfset, apud quem eum fuisse annis fere 10. existimat *Gvar.*, 8. verò *Dion. Halic.* ap. *Drei.*
- (72) *Obsp. III.*
(73) *Aldobr.*
p. 104.
- (74) *de Sect.*
Phil. p. 75.
- (75) *Phil.*
Prim. p. 6.
- (76) *Hist. L.*
II X, c. 6. f.
- (77) *Theatr.*
Hist. p. 339.
(78) *Polyb.*
p. 78.
- (79) *in vit.*
Arist.
- (75) Quo tempore ipsum regis sumtibus adjectum magnos labores studiis excolendis impendisse, constat. Post *Alexandri* in *Asiam* abitum *Athenas* reversus est, suig. copiam in *Lyceo* exhibere cepit, dicente *Gvar.*; tunc demum molestè ferens, *Xenocratem loqui se tacente*, ut putat *Drei. ib.* *Peripateticus* dictus est, non tam ab actu deambulationis, quam à loco. Hoc vero tempore succensuit *Arist. Alexander ob Callisth.*, quem ille Regi commendaverat. Hic enim, dic. *Laert. in suspicionem adductus est, Hermolai in Alexandrum conjurationis socius fuisse.* Sed *Curtius* (76) *Hermolai* conjurationem refert occasionem saltem subministrasse *Alexandro*, iram jam ante ergo *Callisthenem* conceptam, quod ille Regi Divini honoris cupido adversatus fuisset; exerendi. Cum igitur *Callisthenes* tantum nominatus esset, ut solitus, puerorum, Regem ob mutatos patrios mores criminantium, sermonibus faciles aures præbere, quia à novitate vana abhorrebat, planè verò non particeps conjurationis; eum ne auditum quidem Rex damnavit: non observans Patris monitum, viros doctos non esse lædendos, qui de unoquoque, quod vellent, commemorarent. Vid. *C. Matthiæ* (77) *Conf.* etiam *Morhof.* (78) *Nullius certè cades majorem Alexandro excitavit invidiam*, teste *Curt. l. c.* Illud igitur est, quod hunc *Principem* retraxit ab immenso amore erga *Arist.*, quod adducit *Gass.*, falsam allegans causam, quasi benè præconcepta suspicio fuerit in *Alexandro*, de eo, quod postea factum sit, dum sc. *Alexandrum veneno tollere sit ausus Arist.* Probatio enim *Gass.* non nisi ex ejusmodi calumniis hausta est, de quarum iniquitate antea dictum, quod & de avaritià ipsi à *Luciano*, citante *Gass.*, affictà, tenendum. Docuisse autem eum *Athenis* annis 13. referunt, & tunc se in *Chalcidem* contulisse. Ex quo patet, falsum esse, quod *Ammonius* (79) refert, *Arist. Alexandro fuisse comitem* in expeditione; quorsum pertinet, quod *Josephus Arist. in Asia*
à *Ju.*

à *Judeo* quodam multa didicisse refert. Vid. illa ex Chronol: & probatorum Auctorum consensu refutans *Jonsf.* (80). Quod tandem *Gass.* addit; *(81) Script. Sanè tot (convitia) congerere adversus --- Epicurum non liceat,* absurdum maximè esse, ostensum jam est in *Cens. Cens. dignò* (81.) *Hist. Phil. p. 98. f. (81) S. 1. §. 8.*

§. 7. Recurrit *Gass.* N. 3. his missis, ad *Arist.* ingenium; ubi veritate adactus, eum magni judicii laudat & diligentia virum adpellat, imò unum ex illis, quibus plurimum Philosophia debeat; quod ipsum planè alias in hoc scripto non attendit. Pergit autem hic, si aliquis *Arist.* primas vellet deferre præ cæteris; necesse esse, ut ille simul sciat, quidquid illi omnes sciverunt --- seq; sapientiozem profiteatur omnibus simul Philosophis. At vero quomodo tantum absurdum ex eo, quando aliquis de quorundam inter se disputationibus judicare vult, sequeretur? Alia mens est *Gass.*, quando paulo post tantam dicit esse vim veritatis, ut illam notam intellectus respuere non valeat; sic igitur illa sententia, quæ veritatis vi munita est, non facilè causâ cadet. Porro Num. 4. *Gass.* non putat valere *Alexandri*, *Themistii*, *Abenrois*, *D. Thomæ*, *Scoti* pro *Arist.* testimonia, dicens: se *Augustinum* illis opponere, qui cæteris Philosophis gentium Platonem longè præferat. Sed non considerat hac ratione, diversum respectum diversum requirere judicium. In iis enim, quæ ad DEUM & res Divinas pertinent, vinci *Arist.* à Platone verum est, non vero in aliis scientiis, adnotante *Vossio.* (82) N. 5. nihil evincitur, nisi, solis Discipulorum judiciiis stari non posse. N. 6. recensitis laudibus *Ciceronis*, *Plinii*, *Quintiliani*, quærit: an non hallucinari potuerit *Arist.*? Verum infallibilitatem ejus nemo cordatus adstruet. Et quando N. 7. ipsos citatos viros alios pluris æstimasse dicit, non attendit, ob id ipsum hæc testimonia magni esse habenda, quia non sunt domestica, neque illi fuere Sectatores *Arist.* N. 8. leve plane censet *Gass.* quod *Arist.* --- *Philippus* præ cæteris omnibus delegerit, qui institueret *Alexandrum*; judicium illud adscribens rumori & famæ communi. At vero non esse hoc leve habendum, ex §. patet; quia tam egregiam famam abjectum vitiis quæ immersum ingenium præ tot clarissimis Philosophis reportare non potuisset. N. 9. id argumentum infirmaturus, quod ferè omnes unanimi consensu in *Arist.* ierint sententiam, multos tamen ait semper repugnasse; tantam autem esse vim veritatis, ut illam notam intellectus respuere non valeat. Sed anne dantur tam petulantia ingenia, quæ veritatem etiam agnitam, imò adprobatam, labefactare cogitant? Inde sanè Theologis notum est peccatum in Sp. S. Anne innata etiam principia *Athei* suffocare conantur?

(82) *Bibl. Sect. p. 87.*

- tur? Inde N. 10. *Arist. vix vigere dicit, nisi apud eos, qui --- libertatem iudicandi deposuerunt*; alit hoc in sanos *Aristotelicos* injurium esset; Quo de postea dicemus. N. 11. fata exponit *Seclæ Arist.*, de quo itid. in seqq. N. 12. *Abenröem* accusat, quod non benè mentem *Aristot.* sit adsecutus; verum & hoc exemplum particulare est, & ipsam *Aristotelem* inspectionem commendandam existimamus. Sed vero præterea interpretes *Averrois* ejus mentem forsitan etiam non satis benè perspexit. Tum *Gass.* cum N. 13. indicasset, ex illo tempore, quo *Lutetiana Academia* florere cœpit, cœpisse etiam *Doctores --- Theologiæ permiscere Philosophiam*: N. 14. probare vult, rejectam pridem esse a *Patribus Aristotelis Philosophiam*. Alit
- (83) *Prox.* ut taceamus, *Patres* non semper ac rem tetigisse; Vid. *Ex. Anti-Gass.* (83) *Arist.* scripta admodum rara erant illis temporibus, *Patres* autem *Seclæ contrariæ* addicti, ut jam ante dictum. Adducit autem *Gass.* quod *Ambr. August. Theodor.* & alii, *Philosophiam humanam in genere impugnarint*, sed hoc intelligendum est non de *Philosophia in abstracto*, sed de ea in concreto spectata, h. e. *Philosophorum Ethnicorum* ejus temporis. Vid. *D. D. Mölleri* (84). Et eadem ratione *Philosophiam Arist.* eam ob causam, quod *Theologiæ* repugnaret, impugnant *Patres*, quod ex verbis *Hieronimi & Gregorii Nazianzeni*, quem omnium nomine *audiri* vult *Gass.*, patet. Nam non contempsisse *Hieronimum* reliquam *Arist.* *Philosophiam* elucet ex eo, quando ironice (85) *adversarium suum dicit argumentis Arist. vincere, & eum tamen non legisse*. Cujusmodi loca non solùm ex *August.* qui *Aristot.* maximè fuit addictus, sed & ex plurimis aliis adferri possent, si tempus permitteret. Quod ultimo addit *Gass.*; etiam ex ipsis *Scholasticis plurimos aliquando vel invitos in Arist. dissilire*; præstantiæ ingenii *Arist.* non est adversum. A potissima enim parte fit denominatio. Præterea *Plinii Epicurei* summam, quâ *Aristotelem* exornat, laudem, ipse
- (86) *l. c. p. 122.* *Gass.* allegavit n. 6. *Laert. Epicuri* item magnus fautor (86) eum in inveniendi acutissimum vocat. Vid. adhæc, quos in laudem *Arist.* citat
- (87) *l. c. p. 86.* *Voss.* (87) qui, cum in specie laudasset (1) quod non *mythica nec Symbolica*, sed *aperta philosophia* sit usus (2) quod *cæteris sit methodi xάτιστος*, (3) quod *magis Platone excoluerit scientiam naturalem, solem inter Philos.* eum vocat.
- (88) *l. c. p. 6f.* *Drejerus* (88) insuper mentionem facit *superstitionis convulsæ, & bibliothecæ primum ab eo compositiæ, ex Strab. &c.* *Hornius* (89) addit, eum
- (89) *Hist. Phil. p. 194. f.* *primum dispersa Philosophiæ membra in unum corpus & systema collegisse,*
- (90) *l. c. p. 150.* *Ethicam à Socrate captam feliciter absoluisse; & Guarinus* (90) in *Mathest. Poesi Historia &c.* eum excelluisse recenset. In *historia animalium Verulamius*

lamium, in *Politicis Bæclerum*, in *Rhetorica Poetica & Logica B. Lutberum* magni eum æstimare adductum in *Cens. Cens. dignô.* (91) *Artem gramm.* illi adjudicat *Voss.* de *arte gramm.* p. 14. *B. Morhofius* (92) inter *polygraphos* eum refert, qui *majorum suorum scripta collegerit.* *Jonsius* p. 54. *Arist. Platone eruditione superiorem* vocat.

§. 8. Ut, quod superiore §, ad *N. Gass. XI.* notavimus, præstemus, observamus, *Philosophiam Arist. ortum traxisse ex Phil. Græcan. non fabulosa, & quidem Ionicâ, quæ coepit à Thalete Milesio.* Illi enim successit *Anaximander Miles.*, illi *Anaximenes Miles.*, illi *Anaxagoras Clazom.*, qui primus scholam transtulit *Athenas*, illi *Archelaus Athene*, quem audivit *Socrates*, *Socratem Plato*, secutus eum maximè in rebus civilibus. *Platonem autem Arist. magistrum fuisse*, ex superioribus constat *Conf. Voss.* (93) Incidit igitur *ætas Arist.* in ea tempora, quibus non solum *Physica* vigeat, sed etiam *moralis pars à Socrate jam profecta erat & à Zenone Eleate Dialectica*, refer. *D. Laert.* (94). *Progressum habuit Philos. Arist. talem.* Excepit *Aristotelem Tyrannus Eresius*, ab aureo sermonis flumine *Theophrastus à Præceptore dictus*, Vir doctissimus, ad quem confluxerunt ferè bis *M. Auditorum*; quique à cœco ad sentiendi more abhorrens, Præceptorem suum in nonnullis deseruit. Hunc *Strato Lampisæzenus*, hunc *Lycus Troadensis*, hunc *Aristo Cesus*, hunc *Critolaus Phaselites*, hunc *Diodorus*, recens. *Voss.* (95) *Jonsius* adhuc (96) addit tres anony-mos, & post hos *Andronicum*, qui floruerit juxta *Ammonium Olymp.* 180. Aliò modò eos recenset *Auctor vit. Arist. ap. Menag.* (97). Et verum quidem est, in grave discrimen incidisse *Philosophiam Arist.*, quia illius libri *acroamatici desiderabantur*; unde antiqui *Peripatetici*, dicente *Strabone*, (98) *nulla dere, exquisitè pertractando eam, philosophari poterant*, sed neque tum tamen ita plane desertus fuit *Arist.*, ac vult *Gass. N. II.* quod patuit olim ex *Nicandro Alex.* (99) qui tamen hodiè desideratur. *Notamina Peripateticorum*, antiquis memoratorum, recenset *Jons.* (100) Sic cum *Demetrius Phalereus*, qui bibliothecam *Ptolomæi* jussu perfecit, *Peripateticus* fuerit, concedente *Gass. p. 121.* (*millen. IVti Sec. VII* modò fere inclinante) & *Arist. libri maximè sint æstimati*; in insigni *Alexandriæ Gymnasio* utique jam tunc *Peripateticos confedissee*, rectè colligit *Dreier.* (101) prout & *Sec. III.* post *C. N.* illos ibi docuisse, postea apparebit. *Seculo autem IX.* cum *Sylla* libris *Arist.* esset potitus, iisque *Romæ* uteretur *Tyrannio, Arist.* studiosus, exemplaria ab hoc accepit *Andron. Rhodius*, teste *Plutarcho*, (102) *repertor librorum Arist. dictus*, successoribusque non de-

C

stitutus,

(91) *Seff. l.*
§ 9,
(92) *Polyb. p.*
265.

(93) *Phil. Seff.*
p. 25. f. 66. f.
(94) *l. c. p. 5.*

(95) *l. c. p. 98.*
(96) *l. c. p.*
56. f.
(97) *p. 117.*
118.

(98) *L. XIII.*

(99) *Lib. de*
Arist. discip.
(100) *l. c. p.*
339, 340.

(101) *Phil.*
prim. p. 10.

(102) *in Sylla*

- stitutus, quamvis illi scriptis non inclaruerint. Paulò ante C. N. Sec. X. vixit *Nic. Damascenus*, ordinis *libr. Metaph.* reprehensor. Conciliatores inter *Platonem & Aristotelem* tum fuerunt ex Græcis *Antiochus*, ex Latinis *Cicero*, vid. *J. Thomaf.* (103). Inter ipsos Judæos *Aristobulus*, *Ptolomæi Regis Præceptor* (104) dictus, in *Ægypto Aristotelem* secutus est, teste *Eusebio*. (105) *Christo* autem nato Sec. I. *Adrastus Aphrod.* claruit, *Simplicio* sæpe memoratus. Post *Alexander Ægeus*, hujusque discipulus *Aspasius*. Sec. II. *Antoninus Pius IV* Sectas, *Platonicam*, *Stoicam*, *Epicuream*, & *Peripatecam* admisit. *Gnostici* verò imaginem *Arist. Platonis* &c. proposuerunt cum imagine *Christi*. Vid. *Ruel*, Conc. ill. T. I. p. 507. Sec. III. *Alexander Aphrod.* floruit ἐϋϋντης dictus, it. *Galenus*, & post eos *Ammonius Alexandr.*, *Saccus* dictus, Philosophus Christianus, ad annum 220. relatus a *Cave*. (106) Tum *Porphyrius*, (de quo dubium an primò Christianus fuerit, hostis certe eorum fuit infensissimus) anno 270. (107), conciliator *Philos. Platon. & Aristotelicæ*, cujus auditor fuit *Jamlichus*. *Alexandria Anatolius*, Princeps inter Philosophos habitus, rogatus fuisse dicitur ab *Alexandrinis*, ut *Aristotelicæ* successionis scholam ibidem institueret, dicente *Euseb.* (108) Sec. IV. *Ariani* argumentationum rivos de *Arist. fontibus mutuabantur*. Vid. *Hieron.* T. II. p. 140. Sec. IV. tumq; *Alexandria Olympiodorū* scholæ peripateticæ præfuisse, eiq; ὀϋϋϋϋϋϋ fuisse *Themistium* adserit *Dreier* (109). *Themist.* autem (qui paraphrasin scripsit in *Arist.*) Præceptorem suum vocat *B. Augustinus* (110), qui ipse quoque librum de *catægoriis* scripsit. *Eusebius* etiàm *Arist.* contra malevolos defendit (111). Sub finem Sec. V. floruit *Proclus Platonius*, cujus discipulus fuit *Ammonius Hermæas* Sec. VI. celebris, qui in *Aristor.* aliquid scripsit. Vixit quoque tunc *Boëtius*, quem secutus *Simplicius*, inelytus ille *Arist.* interpres, dic. *Ryffel* (112), discipulus *Ammonii* juxta *Dreier*: l. c. unà cum *Jo. Philopono*, qui *Comment.* aliquo in *Arist.* concinnavit. Sec. VII. vero *Philosophiæ* studium ob invalescentes barbarorum irruptiones decrescere cœpit. Sec. tamen *IX.* memorandus est in Oriente *J. Damascenus* & post eum Sec. XI. anno 16. *Eustratius Metropolitæ Nicæn.* (113) cujus *Comment.* in aliquot *Nicomachios* extare, testatur *Drej.* (114) Tum *Mich. Psellus*, *Mich. Epheusius*, *Magentinus* aliq; secuti sunt, usq; dum *Constantinopolis* caperetur a *Turcis* Sec. XV. Interim ipsi *Arabes*, acceptis *Arist.* ejusq; Interpretū libris, excoluere studia: cumq; Sec. *IX.* in *Hispaniam* venissent, *Cordubæ Gymnasium* aperuerunt, in quo claruit *Avicenna* Sec. *XI.* & Sec. *XII.* *Avenpace*, *Algazel* aliq; inpt. *Abenrões* vel *Averrões* *Commentar.*

mentator καὶ ἑξοχὴν dictus; (115) inter quos *Avicenna* & *Averroës* libri (115) *Juxta*
adhuc extant, sed malè versi, ut ait *Drej.* (116); quorum *Philosophia* eo-
usq; duravit, donec regnum *Maurorum* everteretur in *Hispania*. Non
 tamen plane omittendum, quod etiam *Carolus M.* literarum & *Philoso-*
phia studia rursus promotum iverit, *Albinum* Anglum, ad se missum, reti-
 nendo, qui *Lutetia Parisiorum* bonas literas profiteri cœpit, quòve aucto-
 re *Carolus* in ea urbe primus *Gymnasium* collocavit; quod factum cir-
 ca finem *Sec. IIX.* Vid. *Polyd. Virgil.* (117); quò probatò constat, *Gallos*
Anglis bonas artes debere. *Arabes* vero incrementa literarum debent
Mamoni Principi suo, qui, refer. *J. Leone*, (118) miro flagrabat ardore
libros Phil. & legendi, & eos in magna copia sibi comparandi, quare cum
 aliis scriptis *Arist.* opera, quæ ipsum summè affecerunt, in linguam *Ara-*
bicam traduci jussit. Occasionem amoris erga *Arist.* non fuisse spectrum,
Arist. personâ in somno ipsi oblatum, ut referunt *Arabes*, sed *Græci* cu-
 jusdam in arte *Geometrica* peritiam, ex *Cælio Aug. Curione* refert *Horn.*
 (119) qui adhuc plurimas in *Africa* esse *Academias* ex *Leone* refert. Ma-
 ximè autem *Arist.* in Europa florere cœpit, cum *Friderici II.* jussu, (cujus
 epistolam quoad potissima ex *P. de Vineis* exhibet *Ryff.* (120),) *Scagiritæ*
 ejusque interpretum scripta ex *Græco Arabicoq;* sermone in *Latinum* *Sec.*
XIII. verterentur. Hæc autem *Latinorum Philosophia Scholastica* ad-
 pellata, atqve cum *Theologia* mista est; quam post *P. Lombardum* *sen-*
tentiarum Magistrum, *Sec. XII.* viventem, *Alex. de Ales.* *Doctör irre-*
fragabilis & *Albertus M.* ejusque discipulus, *Thomas de Aquino*, *Doctör*
Angelicus *Sec. XIII.* excoluerunt, quo tempore etiam *P. Hispanus* vixit,
Summulistarum Princeps, & *Æg. Columna Romanus* fundatissimus. Post
 hos *H. Gandavensis*, *Doctör solemnis.* *Sec. XIV.* *Jo. Duns Scotus*, *Doctör*
subtilis, perpetuus *Thome* adversarius, *W. Occam*, *Nominalium Prin-*
ceps, (121) qui *Papam Johannem XXIII.* hæreseos damnavit defendens
Imperatorem, refer. *Drejer.* (122) It. *Durandus de S. Portiano* aliique.
Sec. XV. *P. ab Aliaco* præceptor celeberrimi *J. Gersonis*, *G. Biel.* *Sec.*
XVI. *Cajetanus*, Numerum *Scholasticorum* 12. *M.* excrevisse, refert *Fr.*
Patritius (123), quibus accensendi recentiores: *P. Soncinas*, *Fr. Toletus*, *P.*
Fonseca, *Fr. Svaretz*, *G. Vasquetz* *Jesuita*, ex quibus duo ultimi sibi haud ra-
 rò adversantur. *Ryffel.* paulò altius hæc repetens, primum ad *Philos. Scho-*
last. gradum in *Occidente* struxisse putat *J. Ruclinum*, cujus discipulus
P. Abelardus Phil. illius posuerit initium; ubi citat *Thomasum* (124) *Suc-*
cessores Abelardi in tres dividit ætates, ut in prima floruerint *Lombardus*

(115) *Juxta*
calculus
Schrad. in
Tabb Chronol
 (116) *l. c. p. 14.*

(117) *L. V.*
Hist. Angl.
ap. Ryff. p.
153.

(118) *L. dewi-*
tis Phil. A-
rab. ap. Ryff.
p. 151.

(119) *Hist.*
Phil. p. 286 sq.

(120) *l. c. p.*
174.

(121) *Vid. Or.*
XII. p. 241.
 (122) *ex Tri-*
them. p. 16.

(123) *ap. Drej.*
p. 16.

(124) *Sched.*
p. 61.

- & Ales ; in secunda Albertus, Thomas, Scotus : in tertia Durandus & Occam. Notamus autem de Philosophia Scholastica, dist. esse inter usum ejus & abusum, illum, non hunc rejicere licet. Conf. dicta in Cens. cens. dign. (125). Exitere vero saniores Peripatetici, superiori Sec. inpr. Itali, nostro Germani, vid. Ryff. (126) qui inter hos nominat C. Martini, Jungium & J. A. Felden, quoad Logica. Somerum & Dreyerum, quoad Methaphysica. A. Trew., quoad Physica. Convingium & J. Thomassium, quoad moralia, it. Heinsium. Ad Theologiam Arist. enucleandam J. Faustum adducit Magn. D. D. Fechtius (127). Addimus, nemini obscurum esse, quanti Arist. fiat Lutbero, Verulamio, Vossio, Bæclero, Morhofio. Vid. S. ant. Sturmii judicium vide (128). Non defuerunt etiam omni tempore Syncretistæ, qui Peripateticos cum aliis Sectis conciliare voluerunt. Vid. J. Thomasi. (129), & epistolam, Nizol. (130) præfixam. Conf. quoq; Exc. ac Celeb. Lipsi. Profess. Seligman (131).
- S. 9. Adversarios contra Arist. quod concernit, jam antiquis temporibus non solum aliarum Sectarum assecla illum persecuti sunt, ex quo fonte quodammodo Patrum odium derivari diximus, verum etiam multi calumniatores Theoninò eum dente arroserunt, quorum pertinent Theocritus Chius & Timon, maledicentissimus ille ap. Laert. (132). Athenæus (133) Ebuliden & Cephsodorum Rhetorem nominat una cum Epicuro; sed hunc quod attinet, eas epistolas, quibus calumniæ continentur, esse tantum supposititias, probat Gass. Imo ipse Aristoxenus, Arist. licet discipulus, calamum in illum strinxit, cum non esset Successor ab eo denominatus. Vid. Voss. (134). Recentiori ætate, multi in eo eruditionem posuerunt, si quis posset Arist. de ponte, tanquam sexagenarium, dejicere; Vid. J. Thom. (135) Insurrexit contra eum Ramus summa cum immodestia, jud. Voss. (136). Sic Besfario contra Trapezuntium & G. Gemistus, Plerbo contra G. Scholarium Arist. impugnandum susceperunt. Vid. Fons. (137) Fr. Patricius opere (138), in quo judicium desiderandum, audacia improbanda, dic. Fons. (139), idem sibi negotium sumsit, æqvè ut G. Postellus. It. Th. Campanella (140). Sic Cartesius, Philos. Arist. planè destructâ, novam substituere in animum induxit, ut patet ex ep. 23. P. III.; conf. A. Wesenfeld. (141) Gass., de quo agimus, se prodit acerrimum Arist. calumniatorem, dic. Fons. (142) & ejus tamen argumentis superbire non fuit veritus C. F. Paulini, (143) citans etiam J. Wisenbachen carmen cavillatorium, nec non Ol. Borrichium, & Bassonem. Id interrim certum est, eos laudem potius, quam
- (125) Sect. pr. §. 25.
 (126) l. c. p. 182.
 (127) Coll. Theol. Anti. Theol. §. 4.
 (128) Phys. Conc. p. 4.
 (129) Or. XV. p. 323.
 (130) Anti-Barbaro Philosoph.
 (131) Diff. de Phil. Conciliatore.
 (132) l. c. p. 116.
 (133) L. II. X. c. 12.
 (134) De Hist. Græc. p. 43.
 (135) Or. pro Arist. suffixa Brev. Eth. p. 76.
 (136) Phil. Sect. p. 91.
 (137) l. c. p. 309.
 (138) Discuss. Perip. IV. Tom. Infol.
 (139) l. c. p. 311.
 (140) in Op. de reform. scient. ap. König p. 178.
 (141) Phyl. Sect. & Eleth. Diff. II. p. 19.
 (142) l. c. p. 313.
 (143) in talpa. p. 37. f.

quam reprehensionem mereri, qui infallibilitati *Arist.* olim creditæ se opposuerunt, quales allegati sunt in *Cens. cens. dign.* (144). Magnus enim vir quidem, sed homo tamen *Arist.* fuit. Singulariter vero ad hunc & antec. §. facit *J. Launoji, Theol. Paris.* (cujus laudes vide ap. *Celeb. D. D. Majerum* (145) & *B. D. Alberti*) (146), *Liber.* (147), in quo ortus & occasus *Phil. Arist.* per speciales vices exponuntur. Quia vero & tempus & spatium breves nos esse jubent, paucis sequatur, *D. A.*

SECTIO POSTERIOR.

Cum ad historiam celebrium Virorum Operum quoque eorum notitia pertineat, necesse nobis fuit, *Philosophum* nostrum, etiam quoad scripta, *defensum* sistere. *Gass.* enim advertens, se hactenus nihil aliud, quam *tenues auras verberasse*, contra *certitudinem* & *præstantiam doctrinæ* -- in *Libr. Arist.* Exerc. IV. pugnat. Igitur N. 1. *incertum*, ait, *videri, extetne liber, qui Arist. auctorem agnoscat.* Interpretes enim cuilibet libro ferè proponere quæstionem, *sine hujusmodi liber Arist. an non?* Hic autem non observat, ejusmodi quæstionem ponendam esse propter adversarios, ut contra illos veritas probetur: Quare etiam in *Loco de s. Scr.* quæstio *de auctoritate Script.* reperitur, quia petulantia ingenia illam in dubium vocant. Quod adfert *Gass.*, negare *Andron. Rhod.*, *vetustissimum*, librum *de interpr.* esse *Arist.* illique sic meritò fidendum præ cæteris, planè non valet. Contrarianatur enim *Alexand. Aphrod.* cæteri que interpretes (148), *judicio ac solertia non minus Andronicò valentes.* Quod verò sola vetustatis auctoritas obtinere nequeat, exemplo *Evang. Matth. Ebr.*, supra adductò, ad oculum patet; N. 2. argumentum petit *Gass.* ex *Laert.* catalogo *Libr. Arist.*, ex quo pateat, *multos defecere, vicissim nos plurimos habere, de quibus nulla apud ipsum mentio.* At vero non esse multum hoc in passu auctoritati *Laertii* deferendum, probat *Jons.* (149) it. *Menag.* (150), *ib.* urget *Gass.*, spurius libros *Arist.* oriri potuisse exinde, quod tempore *bibliotheca Alexandria condita Arist.* libri magnò pretio comparati sint. At vero hoc duobus ferè seculis ante factum, quàm *Sylla libros Arist. Romam* misit, quos ab *Andron. Rhod.* editos, illosque esse, quos hodiè possidemus, ex *Drej.* (151) constat. N. 3. dicit, quod *sectatores Arist.*, stylum ejus imitati, sua illi facile supponere potuerint. At sic nihilominus scripta illa *Aristotelica* audire possent, æquè ut *Symbola* illa nota, *Apostolicum & Athanasianum*, licet auctores illius *Apostolos*, hujus *Athanasium* non fuisse, in confesso sit. Etposito, quod multa *Arist.* sint supposita, anne idem *Patribus* evenit, *Cassendo* non dissentite? N. 4. pergit, *incertum esse*, quænam in scriptis *Arist.* *ejus propria sint*, quia illa à *Nelei Sceptis* posteris in terram sint defossa, atque à *blattis* exesa, postea ab *Apell. Tejo* malè correctæ, ut & à *Tyrannione*, tandemque ab *Andronico*. Sed ita planè libros honeste non esse corruptos, ut lectio eorum nullius usus sit, ipsa eorum lectio ipsaque *Cassendi* confessio, statim sequens, probant. Illos citatos autem *everuisse omnia, deiractis, adjectis mutatisque pluribus*, temerè præsumere, est in bonos viros injuriam comittere. Ex quo simul patet, *oscitantiam & imperitiam librariorum*, N. 5. allegatam, contra nos nihil evincere. N. 6. in obscuritatem *Arist.* invehitur. *Vetum cum ipse Gass.* concedat, in multis *Arist.* *esse copiosum & elegantem*, obscurio-

(144) *Seff. r.*
§. 5. & 7.

(145) *Wertz.*
der Ehränen
Nabel p. 63.

(146) *Inter-*
esse p. 30.

(147) *de va-*
ria Arist. for-
tuna Haga in
q. 1651.

(148) *Voss. de*
Log. nat. &
constit. p. 67 f.

(149) *Script.*
Hist. Phil. p.
17. & al.

(150) *Obs. ad*
Laert. p. 114.
(151) *l. c. p. 10.*

ra interpretatione sunt illustranda. N. 7. inpr. *Scholasticos* oppugnat, quod illi, facilibus *Arist.* libris prætermisissis, difficiles tantum tractent, *quamquam*, addit, & libri quoque illi utiliter percurri possent: neq. sine magno favore. Hic vero, pro- ut *Scholasticos* non in omnibus probamus, ita veritatis vim mirari subit, quia hæc dicta reliquis non consonant. Quod N. 8. *Arist.* sibi interdum contrariari ait, cer- tè nihil obtinet, nisi eum alibi mentem mutasse aut ex aliorum mente loqui. Quod *Arist.* de multis dubitavit N. 9., tangit tantum infallibilitatis ejus adfertores. Dif- fidia inter *Peripateticos*, N. 10. & 11. allata, *Arist.* lectioni non magis præjudicant, quam S. Scripturæ, cum & in ipsa Theologia tot dentur sententiarum divoritia. Editiones Operum *Arist.* exhibet *Bæcl.* (152), qui ut & *Hallervort* (153) *Casaubonia-* nam præ reliquis laudat. Interpretes potissimos nominat *Vossius* (154), *Pacius* (155). Conf. & *Fonsus* (156) it. *Piscartus.* (157) & *Scherbius* (158). Quibus sic breviter pertractatis, ad Summum Numen conversi, dicimus:

SOLI DEO GLORIAM.

Nob. & Præximo


DN. JOACH. WILLEBRANDO,
S. P. P.


VIdi hætenus, Te in privatis publicisque Scholis meis & Exerci- tationibus quibusvis aliis, in quibus ad eruditionem æquè ac ad pietatem proficitur, tantà industriâ, tantoque animi ardore, ad solidam veræ Theologiæ, quæ cum morum sanctitate conjuncta est, notitiam grassari, ut vix cuiquam alii relinquere palmam velle videaris. Quæ res doctoribus hic Tuis gaudium adfert & delectationem planè sin- gularem. O si omnes, qui à piis bonisque Parentibus, DEO ejusque mi- nisterio destinati, huc mittuntur, Tui similes, eandem ingrederentur viam! Qualem Ecclesiam brevi habituri essemus, non DEI tantum sa- lutari notitiâ imbutam, sed amoris etiam ejus cultuique unicè intentam? Nunc cum & publicâ Disputatione sedulitatis Tuæ edere specimen ag- grediaris, hoc Tibi institutum enixè gratulor, DEumque precor, ut majora subinde in Te profundat Spiritus sui dona, quibus organum a- liquando gloriæ ipsius promovendæ fias idoneum & salutare. Vale. Scr. Rostochii in musæo, d. XXIX. April. M DC XCIIX.

Jo. FECHT. D.



- (152) de Script.
Græc. p. 27.
(153) Bibl. cur.
p. 23.
(154) p. 92.
(155) Præf.
opp. Ar.
(156) l. c. p. 55.
(157) In Isa-
goge.
(158) in Diss.
de lib. exore-
um. & exor.
Etc.





the scale towards document

&c. Quod necessitate quodam DEUM agere dist
 est, distingvi posse inter absolutam necessitatem, &
 creti semel statuti. Drejerus, (32) *Arist.* ---- non (32) *Phil.Pr.*
 se absolute considerato ---- sed ut motore loquitur, p. 303,
 s mobile, quod necessario secundum naturam move-
 hoc pugnat cum fide nostrâ: etenim positò, quod a
 aliter desideretur ut motor, secundum cursum natu-
 sed non ex necessitate natura, quia nihilominus i- (33) *Com. ad*
 actio extrinseca est, non essentialis. Vid. etiam E. So- *Libr. Met. p.*
 fatum, aliud est intolerabile, quod foverunt Stoi- 629.
 & Cl. Dn. M. Weidnerus amicus noster amantiss., (34) *in Phys.*
 planè Christianum. Conf. Dn. D. Fechtius. (36) *Stoic.*
Arist. Gass. adserendo, illum negasse, DEO rerum de- (35) *eleg. Diff.*
 g. notitiam. Hâc autem de re magna est contro- *de Fato non*
fatue.
 Aristotelicorum concedunt, *Arist.* providentiam re- (36) *Coll. Theol.*
 tribus: Alii DEUM non quidem individua curare, sed *Anti-Theol. L.*
 sentire dicunt *Arist.*: Vid. J. G. Vossius, (37) *it. Dn.* *de Prov. §.*
 aerus (39) dist. inter *Providentiam generalem*, quam 31. f.
 re dicit, & *specialem*, de qua *obscurum sit, quid sense-*
de Mundo sit ipseus, non posse magis piè de ea sentire.
endo esse Arist., existimat P. Slevogt. (40) Quidquid sit, (37) *Theol.*
 rix Divinæ consulere putavit. Continuat telam *Gass.* *Genit. L. II.*
 ecisse mundum æternum atq; increatum. Hic primò c. 45.
 è recedere à sententia eorum, qui mundum esse ma- (38) *Coll. Theol.*
 al, (ut de *Thalete* adfirmat *Sonerus*, (41) & de plu- *intut. c. V.*
 ficis) statuerunt: quemadmodum & *Stoici DE-* §. 10.
 iritum mundo immixtum, eumq; animantem & gu- (39) *Coment.*
 (42) Porro *Arist.* rectè, mundum tantum dari unum, p. 707.
 runt *Epicuræi*. Ipsam de mundi æternitate senten- (40) *Dispp.*
 telicorum sic explicant, quod ille dixerit, mundum *Acad. p. 221.*
 cat ratione finis non autem initii, teste *Balt. Meisne-* (41) *l. c. p. 120,*
 ero ita, ut dicant; eum non *actualement mundi æterni-* p. 103.
 potentialem tantum, teste *B. Strauchio* (44). *Drei-*
Arist. mundi æternitatem adserere, prout &, quod (42) *Phil. Sect.*
 pectus sit, ejus probationes adducit (45). Sic pau- 97.
 monstrat *Philosophus mundum æternum esse, nihil a-*
 am eum capisse, per principia *Philosophiæ*, nullò mo- (43) *Phil. So-*
 prim, p. 284.